

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS

SIVE

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD USQUE INNOCENTII III TEMPORA
FLORUERUNT;

RECUSIO CHRONOLOGICA OMNIUM QUÆ
EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM
PRIORA ECCLESIE SÆCULA,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CÙMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM
DILIGENTER CASTIGATA;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, LECTIONIBUSQUE VARIANTIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA;
OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSLIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS
DETECTIS, AUCTA;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TONOS, SIVE AUCTORES ALICUOS MOMENTI
SUBSEQUENTIBUS, DONATA;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM
DISTINGUENTIBUS SUBJECTANQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA;

OPERIBUS CUM DUBIIS TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM
ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUOBUS INDICIBUS GENERALIBUS LOCUPLETATA: ALTERO SCHICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUIS
UNUSQUISQUE PATRUM IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT UNO INTUITO CONSPICIATER; ALTERO
SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN
QUIBUS OPERUM SUORUM LOGIS SINGULOS SINGULORUM LIBBORUM SCRIPTURE
TEXTUS COMMENTATI SIST.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACHE ANTEPOSENDA, SI PERPENDANTER: CHARACTERUM MITIDITAS
CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM BECOSORUM TUM VARIETAS
TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO OPERIS DECORSU CONSTANTES
SIMILIS. PRETHI EXIGUITAS, PRESENTIQVE ISTA COLLECTIO, USA, METHODICA ET CHRONOLOGICA,
SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM
AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS AD OMNES ÆSTATES, LOCUS, LINGUAS
FORHASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES PRIMA,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIE LATINE
A TESTULLIANO AD GREGORIUM MAGNUM.

ACCURANTE J.-P. MIGNE, CURSUM Completorum IN SINGULOS SCIENTIA
ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIÆ TOMUS I.

CASSIANUS, VIGILIUS DIACONUS, FASTIDIUS, POSSIDIUS, S. COELESTINUS I PAPA
ANTONINUS HONORATUS, S. XYSTUS III PAPA, S. VINCENTIUS LIRINENSIS,
S. EUCHERIUS, S. HILARIUS ARELATENSIS, ETC.
HORUM TOMUS UNICUS.—CASSIANI TOMUS POSTERIOR.

PARISIIS, VENIT APUD EDITOREM,
IN VIA DICTA D'AMBOISE, PRÈS LA BARRIÈRE D'ENFER,
OU PETIT-MONTROUGE,



SANCTI EUCHERII
LUGDUNENSIS EPISCOPI
INSTRUCTIONUM
AD SALONIUM
LIBRI DUO.

LIBER PRIMUS.

PRÆFATIO AD SALONIUM.

Sepe a me requiris multarum rerum absolutorium, que in divinis voluminibus interpretem postulant; colligam, prout redierint in memoriam, quæ a te, mi Saloni, studio cognoscendi sedulo copioseque prolata sunt, atque eis non ex ingenio, sed ex illustrum doctorum judicio, neque ex propriis temeritate, sed ex allorum auctoritate respondeam, conjectans, non tam eloquii exultantis ambitum quam necessariae brevitatis modum. Sic enim et innumeris satisieri inquisitionibus tuis poterit, et mihi insuper liberum erit aliqua extrinsecus que cognitioni tue utilia arbitrabor inserere, ut est et illud, Quid significet Alleluia, Diapsalma, Amen; quid sit Cidaris, Ephod, Sicles et cetera: que vel in sacris libris frequentata, vel maxime in Ecclesie usu posita, interpretationem requirunt. Ille cum se legentibus per totum Scripturarum corpus crebro offerant, non abs te existimavi ea tibi cum significationibus suis in opere hoc quasi coelevata ostendere. Dignum namque est quacumque cura mea ingenium tuum reparari, qui tixdem decem annos crenum ingressus, inter illas sanctorum manus non solum imbutus, verum etiam enutritus sis ab Honorato patre, illo, inquam, primum insularum, postea etiam Ecclesiarum magistro; cum te illic beatissimi Hilarii tunc insulani tronus, sed jam nunc summi Pontificis, doctrina formaret per omnes spiritualium rerum disciplinas, ad hoc etiam te postea consummantibus sanctis viris Salviano atque Vincentio, eloquentia pariter sapientiaque præminentibus. His igitur tot ac talibus usus magistris, ex me quoque minimo omnium audies quæ sciens tu es. In quibus iam nunc et interrogantem te, et me respondentem recognoscet. Vale in Christo.

CAPUT PRIMUM.

De Questionibus difficultioribus veteris Testamenti.

IN GENESI.

Interrogatio. Quibus Scripturarum testimoniosis Triuntas approbat?

Responsio. Multifariam et multis id quidem significacionibus per omnia fere sacra volumina declaratum manifestatusque diffunditur; sed nos breviter hoc in ipso statim divinarum Scripturarum

A demonstramus exordio. In principio, inquit, fecit Deus cælum et terram. Et infra: Et spiritus Dei ferebatur super aqua (Gen. 1, 2). In principio, hoc est, in Filio, quia per Filium fecit Deus Pater cælum et terram. Cui et illud a Patre dicuntur: Faciens hominem ad imaginem et similitudinem nostram (Gen. 1, 26). Omnia enim per Filium operatus est: Quia omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil (Joan. 1, 3). Ferebatur autem super aquas spiritus Dei (Gen. 1, 2), utique sanctus. Ecce habes et Deum Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum. Item aliud: Verbo Domini carni formati sunt, et spiritus oris ejus omnis virtus eorum (Psal. xxxiii, 6). Ecce Deus, et verbum quod est Filius, et Spiritum ejus sanctum. Item in Evangelio: Ite, baptizate omnes gentes, in nomine Patris, Filii et Spiritus sancti (Matth. xxviii, 19). Sed Pater ingenitus, Filius genitus, Spiritus sanctus nec genitus nec ingenitus. Ne si ingenitum dixerimus, duos Patres dicere videamur; et si genitum, duos filios: sed potius qui ex Patre et Filio procedat, velut quedam Patris Filii que concordia. Neque apud nos potest sine Spiritu sancto justa esse concordia. Idem Spiritus et charitas et donum Dei: dicuntur. Idem et divisor est gratiarum (1 Cor. xii, 4). Ergo Pater ex quo omnia, Filius per quem omnia, Spiritus sanctus in quo omnia; sicut et Apostolus dicit: Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula seculorum (Rom. xi, 36).

Int. Spiritus Dei quomodo ferebatur super aquas?

C *Resp. Non pervagatione, sed potestate dum creaturæ suæ supereminet regentis imperio.*

Int. Aquas ubi legimus a Deo factas?

Resp. Etsi factas eas in exordio creaturarum non evidenter divina lectionis textus expressit, a Deo tamen factæ sunt. Nam et aliquanta alia que non scribuntur, quomodo de ceteris intelligantur, ostenduntur. Sicut et Apostoli baptizati intelligendi sunt cum baptizatis eos non penitus manifestet aperior Scripturarum significantia. Licet quidam hoc intelligi illo volenti testimonio quod Salvator dicit: Qui lotus est, non indiget ut laret (Joan. xii, 10). Et ramen de aquis a Deo factis illud nos aliquatenus instruere testimonium potest quod dicitur: Separetur aqua in concrezionem unam, et apparent arida (Gen. 1, 9); quia scilicet non præcipere ut aquæ a terra

Sunt qui magis transcensum, vel transitum ex hoc appellatum affirmant, quod eadem nocte Dominus per Aegyptum transierit, cum Aegyptiorum primogenita cuncta percussit (*Exod. xiii. 15*). Pentecoste, quinquagesima, Graecum est. Hujus quinquagesimae figuram annos jubilieos gessit, quique nunc iterum futura reprobationis aeternam requiem prafigurat. Scenopegis, cum tabernacula a Iudeis signatur, ob memoriam tabernaculorum. Ιωνος enim Graecie tabernaculum dicitur. Hec Iudeorum solemnitas Septembri mense celebratur. Encensio, novae adificationis observatio vel dedicatio. Λενόν namque in Graeca lingua novum significat. Ergo in hae solemnitate Iudei Octobri mense dedicationis templi celebant diem. Epiphanias, Graecum est, quod significat apparitio, vel ostensio: sive quod eadem die Dominus et Salvator noster in baptismo suo populis fuerit ostensus; sive quod stella magis; sive quod primo signo Domini aqua in vinum versa tunc apparuerit. Neomenia, hoc est, quod apud nos kalendae. Sed quia apud Hebreos secundum lunæ cursus menses supputantur, et pro Graecie luna appellatur, idcirco neomenia nova luna accipi potest. Parasceve, preparatio, Graecum est. Parasceve enim sexta sabbati appellatur. Hinc vero preparatio dicitur, quod a Iudeis eadem die quæ in sabbato sunt necessaria, preparentur. Sabbathum, requies, Hebreum est. Idcirco autem requies, quod in eadem die Dominus ab opere, perfectis omnibus absoluatisque requievit.

CAPUT IX.

De idolis.

Mola, simulaera, Graecum est. Beelphgor, quod interpretatur simulacrum ignominiae, idolum est Moab. Hunc Latini Priapom appellant. Beel, quod interpretatur, vetustas, idolum est Babylonum. Fuit vero hic idem Belus pater Nini regis Assyriorum. Adramelech, idolum Assyriorum, quod etiam Samaritæ coluerunt. Astarten, quod in Latium sociat factura superflua, idolum Sydoniorum dicunt. Beelzebul, interpretatur vir musearum, Diabolus, deorsum fluens; Graecæ vero criminator dicitur. Satan, in Latinum sonat adversarius, sive transgressor. Syrene, in Isaia, daemones, aut dræcones magni, cristati pariter ac volentes, ut a quibusdam putator.

Ulule, in Isaia, ab omni translatione nomine ipso Hebreo lim appellantur. Septuaginta tantum interpres pro his onocentauros in translatione posuerunt. Sunt qui ululas patent aves esse nocturnas, ab ululatu vocis quem efferrunt, quas vulgo cavannos dicunt. Lamia, genus monstri, ut quidam affirmant. Pilosi, in Isaia, genera daemonum. Hos nonnulli etiam doctissimorum incubones, vel satyros, aut quosdam silvestres homines putaverunt.

CAPUT X.

De vestibus.

Ephod, vestis sacerdotalis, quæ superindumentum vel superhumerali appellatur. Est autem velut in

A caracella modum, sed sine encullo. Cujus vestimenti duo sunt genera, unum lineum et simplex, quod sacerdotes habebant; aliud diversis coloribus de auro, purpura, et bysso, hyacintho, gemmisque contextum, quo soli pontifices vabantur. Poderis, sacerdotalis linea corpori penitus astrieta, eademque taloris, unde et poderis appellata: haec et subcuclo dicitur. Logion, quod et rationale, pannus exiguis, ex gemmis, auro coloribusque variis, qui superhumerali contra pectus pontificis vanecebatur.

Cidaris, pileus sacerdotalis ex bysso. Hunc Graeci et nostri tiaram, quidam etiam mitram vocant. Petalum, aurea lamina in fronte pontificis, quæ Dei nomen illud ineffabile tetragrammaton, quatuor litteris Hebrewis gerebat scriptum. Pennula, in Apostolo, **B** Latinum est. Est autem quasi lacerna descendantibus clavis. Baddim, in Daniele, vestes lineæ, quibus feminalia, ut arbitror, significantur. Badenim apud Hebreos linum dicitur: unde et in quibusdam locis legitur, Ephod bad, hoc est, ephod lineum; non autem Ephod harud, ut quidam corrupte legunt. Diplois, in Regum libris, sagum, vel clamis, ἀπὸ τῶν διπλῶν, quod duplicitur: et omne indumentum quo dupliciter ambimur, diplois appellari potest. Meloite, in Regum libro, pellic simplex, quæ monachii Aegyptii etiam nunc videntur, ex uno latere dependens. Theristrum, in Genesi, apud Arabes, genus pallii multebris. Pericelides, in Isaia, ut quidam dicunt, apud feminas crurum ornamenti.

C

CAPUT XI.

De atribus vel solatilibus.

Pelicanus, avis parva, quæ solitudine delectatur. Est et aliud pelicanorum genus in Nilo, pese cygnis simile, nisi quod paulo maiores sunt. Quidam ita et onocrotalos vocant. Nycticorax, noctus; multi bubonem esse contendunt. Sunt etiam qui asserunt esse Orientalem avem, quæ nocturnus corvus appellatur. Ibis, in Pentatecho, avis Aegyptia obscuritate oris immunda, quo alvum purgare consuevit. Herodius, in psalmo (*Ps. cxii. 17*), ardea a quibusdam putator. Larus, in Pentatecho (*Lev. xi. 16; Deut. xiv. 15*), gaviam significat.

Cœnomyia, non musca canina, ut quidam putant, in psalmo (*Ps. lxxvii. civ*), accipienda est, sed musca omnimoda: et ideo non per y Graecam literam, sed per diphthongon o scribi debet (*Deut. xiv. 15*). Cinipes, culicum genus est aculeis pernoletum.

CAPUT XII.

De bestiis vel reptilibus.

Rhinoceros, fera terribilis, gemina in naribus gestans cornua. Monoceron, in psalmo, unicornis appellatur. Tragelaphus, in Deuteronomio. piatoceros, id est, cornibus lati. Erinacei, chirogrilli sive cuniculator, prope magnitudine mediocrium cuniculorum, de cavernis petrarum procedentes gregatim; in eremo quæ est contra mare Mortuum, depasentur. Hericili, qui et echini dicuntur, ita spinoso defen-

doutur tegmine, ut nec contingi quidem possit. A spectando, id est omnia prospicieendo. Homousion, unius substantiae. Homoeusion, similis substantiae. Christus, unctus. Paracletus, consolator, sive advocates. Hagios, sanctus. Angelus, munitus. Thronus, sedes vel solium. Apostolus, missus, ideo quod a Domino ad evangelizandum missi sunt. Prophetæ, predictor. Martyres, testes. Episcopus, superinspector; et ideo propheta ait: Speculatorum te posui domus Israel. Presbyter, senior. Diaconus, minister. Clerus, sors. Ecclesia, vocatio vel collectio. Catholica, universalis, ἀντὶ τοῦ καθολικοῦ, quod est secundum totum.

CAPUT XIII.
De ponderibus.

Talentum, est pondo xii, quod faciunt lxxx libras Atticas. Mina, est libra una, et semuncia. Talentum habet minas x. Mna Graecæ, Latine mina dicitur. Drachma habet scrupula [At. scripula] tria. Didrachma, drachmam duæ sunt. Uade miror quomodo in libro Hebraicarum Questionum semuncia scribatur. Stater, est nummus habens (ut quidam affirmant) unciam unam; id est, aureos sex; ut alii putant, tres. In Evangelio enim pro duobus didrachmis stater datur. Sicel, qui in Latina lingua corrupte siclus dicitur, ut in Questionibus suprascriptis indicatur, uncia pondus habet, ut alibi scriptum reperi, scrupula [At. scripula] decem: quod et ipse arbitror. Nam siclus ipse, vel sicel, de propinquitate ponderis quasi sicilicus sunt. Obolus est scrupulum dimidium, quod facit siliquas tres: in Ezechiele. Sicus autem xx obolos habet.

CAPUT XIV.*De mensuris.*

Corus, est modii xxx. Batus, amphora una; id est modii tres. Cadus, Graeca amphora est, habet urnas tres. Ephi, sive opha, modii tres. Ephi idem mensurae habet in aridis, quod in liquidis basus. Metretæ una, ut quidam dicunt, habet sextarios centum. Mensura autem Graecæ μέτρη dicitur, unde metretæ appellatur. Notandum vero, quod mensura Heliænum nomen est, Ariabæ in Isaia, Ægyptiorum mensuræ, que tres faciunt modios x. Sata idem sunt quod ephi, id est modii tres. Gomor mensura est Attica, habens (ut quidam opinantur) chronices tres, id est sextarios xii. Alii gomor dicunt paulo minus a sextariis quinque: quod etiam ipse sequor, eo quod gomor sit decima pars ephi. Nebel quidam Putant modios tres. Sextarius est dimidium cotyle in liquidi specie. Cotyla, hemina est. In Ezechiele, Decem, inquit, cotyle sunt gomor.

CAPUT XV.*De Græcis nominibus.*

Accipe nunc exterorum nominum significationes, que Ecclesie ore celebrata in sermonem nostrum convertuntur ex Graeco, Theos, Deus. Theos autem, ut quorundam opinio habet, ἄντα τοῦ θεοποιοῦ, id est,

A spectando, id est omnia prospicieendo. Homousion, unius substantiae. Homoeusion, similis substantiae. Christus, unctus. Paracletus, consolator, sive advocates. Hagios, sanctus. Angelus, munitus. Thronus, sedes vel solium. Apostolus, missus, ideo quod a Domino ad evangelizandum missi sunt. Prophetæ, predictor. Martyres, testes. Episcopus, superinspector; et ideo propheta ait: Speculatorum te posui domus Israel. Presbyter, senior. Diaconus, minister. Clerus, sors. Ecclesia, vocatio vel collectio. Catholica, universalis, ἀντὶ τοῦ καθολικοῦ, quod est secundum totum.

Synagoga, conventus, vel congregatio. Ethnicus, gentilis. Hypocrita, simulator. Heresis, secta. Monachus, solitarius. Eremita, deseritum. Paroecia, B adjacens domus, scilicet Dei. Dioceseis, gubernatio; et hoc non secundum proprietatem et potestatem verbi, sed secundum effectum. Laicus, popularis; ἄντα τοῦ λαοῦ, hoc est, a populo. Catechumenus, instritus, sive audiens. Neophytus, novella plantatio. Baptisterium, tinctorium. Holocaustum, totum combustum; ideo, quia integra hostis igni traditi consumebatur. Chrisma, unctio. Eucharistia, gratia. Symbolum, collatio, aut pactum, vel complacitum quod sit homini cum Deo. Hymnus, carmen in laudem Dei. Antiphona, vox recipiens. Pentateuchus, quinque volumina; id est, Moysi libri quinque: de quibus dicit Apostolus quinque verbis velle se in Ecclesia loqui. Exodus, exitus, vel egressus, scilicet populi Israel. Decalogue, secunda lex; in quo est evangelica legis præfiguratio. Paralipomenon, premissorum, vel reliquorum; id est, quod historiæ inibi continantur, que in Regum libris prætermissee sunt. Evangelium, bona annuntiatio, sive bonum nuntium. Apocalypsis, revelatio. Gazophylacium, divitiarum custodia, compositum de lingua Persica et Graeca. Synodus, comitia, vel cœns. Canon, regula. Techos, volumen. Apocrypha, recondita, vel occulta. Hexapla, sexcuplaria. Apologia, excusatio: unde apologeticus appellatur: vel sicut quibusdam videtur, purgatio, seu defensio. Anagoge, superior sensus. Tropologia, moralis intelligentia. Parabola, similitudo. Anacephaleosis, recapitulatio.

D Habes opusculum, fili mi charissime, in omne fere Scripturarum corpus quasi quoddam intelligentia semi-narium, quo in duabus voluminibus non parum, ut arbitror, instructionis ad edocendum te, ex rebus variis necessariisque congesisti.

RUINARTII ADMONITIO**IN PASSIONEM SANCTORUM MAURICII ET SOCIORUM EJUS, MARTYRUM.**

4. Jam pridem a Laurentio Surio, sub sancti Encherit episcopi Lugdunensis nomine, edita fuerant Acta sanctorum Mauricij et sociorum ejus; sed quia ita parum sibi constarent, ut jure merito a viris eruditis inter falsum et suppositum haberentur. Ea quoque apud Mombrition, paulo quidem emendatione exstant; sed ita tamen interpolata, ut Encherio Lugdunensi attribui non possent. Unde oculatores

viri graviter ferebant, quod tam illustrium martyrum Acta germanæ aut desperatis fuissent, aut saltem ita depravata et vitiosa, ut nullam fidem apud cordatos homines mererentur. Verum hæc din desiderata Acta reperit tandem R. P. Petrus Franciscus Chiffletius, societas Jesu presbyter, in antiquo cod. ms. celeberrimi monasterij Jurensis, esque in Paupi illistrati parte prima vulgavit; ad quam editio-